

Franckesche Stiftungen zu Halle

Io. Anast. Freylinghsii, Pastoris Vlriciani Et Gymnasii Scholarchae, Fvndamenta Theologiae Christianae, In Doctrinis Fidei Ex Verbo Dei Perspicve ...

Freylinghausen, Johann Anastasius

Halis Magdeb., MDCCLXXV.

VD18 13062689

Articulus Sextus De Regeneratione.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-206191

ARTICVLVS SEXTVS
DE
REGENERATIONE.

§. I.

Quodnam est tertium beneficium, quod iam confiderandum sequitur? **T**ertium beneficium, quod ex supra facta diuisione iam confiderandum sequitur, *regeneratio* est, seu *noua creatio*, in diuina imagine, in voluntate hominis per diuinæ vitæ et spiritualium virium collationem instauranda, potissimum occurrat; sicut illuminationi maxime cum intellectu, ad salutarem Dei et Christi cognitionem per celestis et supernaturalis luminis accentionem renouando, res est: tamen si homo viriusque beneficii eodem tempore participes fit, et alterum altero comprehenditur.

§. II.

Regeneratio cur necessaria? *Necessitas* huius regenerationis fundatur partim in *profundissima* humanæ naturæ *corruptione*, quandoquidem ex ipsa naturali natiuitate peccatores et filii iræ adeoque ad omne bonum inepti sumus, Ps. LI, 7. 12. Io. III, 6. Eph. II, 3. partim in *diuina sanctitate* et *iustitia*, operibus externis et in speciem bonis non contenta, sed imaginem sui in intimo hominis corde requirente, cuius sine instauracione cum Deo communionem habere, eiusque regnum videre nemo potest. Rom. II, 28. 29. Io. III, 3. 5. 1 Io. I, 6. 7. Gal. VI, 15. *LVTHERVS* Postill. Eccles. Dom.

Tri-

Trinitatis, Tom. XIV. Lipf. fol. 24. a,
 „Christus heic de omnibus hominibus genera-
 „tim ait: Qui denuo natus non fuerit, ille non
 „potest diuinum regnum videre. Hoc est, homo
 „in veteri natura, quam habet, constitutus,
 „quantacunque valeat ratione, sapientia et
 „virtutibus præditus et excellens, non potest
 „tamen ex potestate peccati et mortis emergere,
 „vel Deo placere, quid? quod non potest perspi-
 „cere aut cognoscere, quo pacto possit in re-
 „gnum Dei intrare. Quamobrem heic alium
 „omnino hominem fieri, hoc est, totam perso-
 „nam immutari oportet, quæ nouum intelle-
 „ctum, cogitationes nouas, mentem et ani-
 „mum nouum habeat.

§. III.

Regenerans, seu causa principalis et Regenera-
 efficiens regenerationis siue nouæ creationis, tio vnde
 est Deus trinus, qui homines initio, et existit?
 quidem ad imaginem sui, condidit. Patri
 hoc beneficium pro singulari ipsius miseri-
 cordia et voluntate tribuitur, 1 Petr. I, 3.
 Tit. III, 5. Iac. I, 18. Iesu Christo, Domino
 nostro, qui gratiam regenerationis morte ac
 resurrectione sua non solum promeruit, sed
 eam etiam operatur, et propterea tamquam
 Adam secundus nobis proponitur, cuius na-
 ti, semen spirituale, caro et ossa ideo vocan-
 tur regeniti, 1 Petr. I, 3. Rom. V, 15. seqq.
 1 Cor. XV, 45. Hebr. II, 13. Ies. VIII, 18.
 IX, 6. XLIII, 7. LIII, 10. Psalm. XXII, 31.
 CX,

CX, 3. Matth. XIII, 37. 38. Eph. V, 30. coll. Gen. II, 23. *Spiritui sancto*, et quidem in ea comparatione, vti (secundum Gen. I, 2. et Ps. CIV, 30.) in prima etiam creatione occupatus fuit; cui proinde hoc opus, quod ad officium ipse attinet, speciatim adscribitur, Tit. III, 5. Io. III, 6. 7. Ezech. XXXVI, 26. 27. 1 Sam. X, 6.

§. IV.

Quenam
media
regenera-
tionis?

Media, quibus Deus hoc in negotio vitur, sunt (1) *sanctum eius verbum*, Iac. I, 18. hinc viuum et incorruptibile semen dictum, 1 Petr. I, 23. 1 Io. III, 9. Luc. VIII, 5. II. animo implantandum, cum eoque, vt semen naturale cum terra, quasi commiscendum, hoc est, intime coniungendum, Hebr. IV, 2. Luc. VIII, 15. Iac. I, 18. Io. V, 38. VIII, 37. in specie *euangelium*, quod est potentia Dei ad salutem omni credenti, Rom. I, 16. quum contra *lex* vitam conferre non possit, sed hominem tam diuinæ sanctitatis et iustitiæ, quam corruptionis et *adversitates* suæ in spiritualibus patefactione occidat, et de viciositate sua ac nouæ natiuitatis necessitate conuincat, et hoc modo ad eam præpareret, Gal. III, 21. Rom. VIII, 3. (2) *baptismus*, Io. III, 5. coll. Gen. I, 2. hinc vocatus lauacrum renascentiæ Tit. III, 5. 6. et aquæ lotio per verbum, Eph. V, 26. vid. etiam 1 Petr. III, 21. Erquum *doctores* ac *ministri* ecclesiæ hæc media administrent, his quoque regeneratio (vti supra illuminatio) adscribitur, Gal. IV, 19.

I Cor.

1 Cor. IV, 15. Philem. com. 10. 2 Cor. III, 6.
 Vnde eorum, quos spiritualiter generant,
 patres, perinde atque hi eorum nati, sunt
 et vocantur, 1 Cor. IV, 14. 15. Philem. com.
 10. qua in re etiam mutuus eorum amor
 omnesque eius fructus et effectus nituntur.
LVTHERVUS in Comment. in Gal. Tom. V.
 Witteb. fol. 391. b. (Tom. VI. Alt. fol. 793. a.)
 „Apostoli, (ut etiam praeceptores; suo tamen
 „modo,) finguntur vice parentum. Et enim
 „hi formam corporis, ita illi formam animi
 „generant. -- Verbum procedit ex ore apostoli
 „seu ministri, et pertingit ad cor audientis.
 „Ibi Spiritus sanctus adest, et imprimit cordi
 „verbum, ut illi adsentiat. Hoc modo omnis
 „doctor pius est pater, qui per ministerium
 „verbi generat et format veram figuram
 „christiani animi.“

§. V.

De forma et indole regenerationis notan-
 dum: (1) quod rationi occulta sit et imperuia,
 Io. III, 8. 11. 12. 1 Cor. II, 14. Vnde homo
 nouus homo absconditus dicitur, 1 Petr. III, 4.
 Rom. II, 29. *LVTHERVUS* in Psalm. CX.
 Tom. VII. Alt. fol. 359. a. „Natiuitas filiorum
 „regni perinde se habet ac ros, qui vere nouo
 „singulis diebus summo mane cadit, neque ta-
 „men quispiam dicere potest, quomodo genere-
 „tur, vel vnde oriatur. Nihilominus tamen
 „quotidie matutino tempore in gramine haeret,
 „et tempus istud roris sub aurora longe ama-
 „rissimum

De forma
 et indole
 eius quid
 notan-
 dum?

„nissimum est. In summa, nihil eius conspici
 „vel ostendi potest, nisi quod cum aurora ante
 „ortum solem veniat. Atque ita aurora roris
 „mater vocatur, nec tamen videri potest, unde
 „exsistat, aut qua ex re efficiatur. Neque enim
 „pluuia est ex nubibus oriunda, quam deciden-
 „tem videre et sentire potes, sed opus Dei pro-
 „prium, quod ros ille quotidie primo diluculo
 „delabitur, et tamen tenuissima pluuia, aqua
 „ac liquor nobilissimus est, qui folia et gramina
 „totamque tellurem recreat, ut ne germina
 „diurno aestu marcescant., (2) Quod sit vera
 quaedam *natiuitas* (vid. Eph. IV, 21. Io. I, 13.)
 siquidem interna indoles ac natura hominis
 hac ipsa vere et efficaciter immutatur, in
 eaque aliquid spirituale ac supernaturale,
 quod antea haud adfuit, creatur et efficitur,
 quod Christus spiritum vocat, natum ex Spi-
 ritu, Io. III, 5.6. unde etiam *creatio* appellatur,
 Pf. LI, 12. De ea mutatione sermo est Ezech.
 XI, 19. XXXVI, 26. Ier. XXXI, 33. Hebr.
 VIII, 10. *LUTHERVS* Postill. Eccles. in Io.
 cap. I. Tom. XIII. Lipf. fol. 159. b. „Quando
 „lux illa, videlicet ratio, vetus illa *presum-*
 „tio, mortua, obtenebrata et in nouam lucem
 „commutata est, vniuersam etiam vitam et
 „omnes hominis vires eam sequi et immutari
 „necesse est. Quo enim vadit ratio, eo sequitur
 „voluntas, quo voluntas vadit, eo sequitur
 „amor et delectatio. Atque ita totum homi-
 „nem in euangelium se abdere ibique nouum
 fieri,

„fieri, et veterem cutem exuere oportet, vii
 „facit serpens. Illius enim cutis quum vetu-
 „statem induit, angustum foramen in rupe
 „querit, per illudque perrumpens cutem ipsam
 „exiit et ante foramen relinquit. Ita homo
 „in euangelium et verbum Dei se conferre ipsius-
 „que promisso inherere debet plenus fiducia,
 „quod sibi non sit mentiturus: sic veterem cu-
 „tem deponit, foris relinquit lumen suum, prae-
 „suntionem suam, voluntatem suam, amorem
 „suum, sermocinationem suam, operationem
 „suam, atque prorsus alius et nouus homo eua-
 „dit, qui omnia aliter intuetur, atque antea,
 „aliter explorat, aliter iudicat, aliter sentit,
 „aliter vult, aliter loquitur, aliter amat,
 „aliter concupiscit, aliter operatur et agit at-
 „que olim. Omnes deinde ordines et opera
 „omnium mortalium pernoscere potest, vtrum
 „recte fiant, an secus; quemadmodum Paulus
 „I Cor. II, 15. ait: Spiritualis explorat omnia,
 „nec ipse a quopiam exploratur... (3) Quod
 gratia regenerationis amitti possit et recupe-
 rari, Gal. IV, 19. V, 4. Quænam eorum, qui
 peccatum in Spiritum sanctum committunt,
 sit conditio, supra Part. II. Artic. II. §. XII.
 indicauimus.

§. VI.

Id, quod per regenerationem efficitur et In regene-
 creatur, dicitur nouus homo, Eph. IV, 24. ratione
 noua res condita, 2 Cor. V, 17. nouitas spiritus, quid effi-
 Rom. VII, 6. diuina natura, 2 Petr. I, 4. spiritus, citur?
 Io.

Io. II, 6. *mens Christi*, 1 Cor. II, 16. *forma Christi*, Gal. IV, 19. *mentis occultus homo*, 1 Petr. III, 4. *vita diuina et cum Christo latens apud Deum*, Eph. IV, 18. Col. III, 3. *bonum animi promptuarium*, Matth. XII, 35. *arbor bona*, com. 33. *cerera*. Hæc autem omnia vitiosæ ac corruptæ indoli, quæ ex defectione Adæ et naturali generatione in nobis existit, opposita sunt, et nouam ac spiritualem animi indolem indicant, in nobis augendam et magis magisque corroborandam; id quod ad *renouationem* (quam Artic. IX. consideraturi sumus) spectat.

§. VII.

Quinam
præcipui
characte-
res rege-
neratio-
nis?

Præcipui *characteres* et *notæ* regenerationis sunt (1) viuæ benignitatis et humanitatis Dei ac Christi cognitio, Tit. III, 4. 1 Petr. II, 3. (2) Spiritus adoptionis, qui clamat Abba, Pater, Rom. VIII, 15. 16. Gal. IV, 6. coll. Marc. XIV, 36. Gen. XXII, 7. (3) amor erga Deum, filios Dei, et homines vniuersos, Io. VIII, 42. 1 Io. IV, 7. 8. V, 1. 2. Matth. V, 44. 45. (4) obtemperatio diuinis præceptis, spiritu incedendi et iusta faciendi studio sese prodens, Ezech. XXXVI, 27. Gal. V, 25. 1 Io. II, 29. III, 9. 10. (5) quotidiana extitio veteris hominis et inquisitio noui, Eph. IV, 20-24. (6) serium certamen aduersus peccatum, mundum et diabolum, et victoria de istis hostibus spiritualibus, 1 Io. V, 4. 18. (7) amor et tolerantia crucis, Hebr.

XII,

XII, 5-10. in quibus omnibus vnusquisque diligenter se examinare debet, 2 Cor. XIII, 5.

§. VIII.

Officium regnitorum est, (1) Deum ac Quod Patrem Iesu Christi, Domini nostri, pro nam re- magna misericordia, quam ipsis per benefi- genito- cium nouæ natiuitatis tribuit, continenter rum offi- laudare et celebrare, 1 Petr. I, 3. (2) acceptas cium? in regeneratione vitæ spiritualis vires custo- dire, iisque ad quotidianam sanctificationem et renouationem spiritus fideliter uti, 2 Cor. VI, 1. Eph. IV, 23. 24. fqq. 1 Petr. I, 14. 15. 2 Petr. I, 3. fqq. Gal. V, 25. Pl. I, 3. (3) instar recens natorum infantium rationale et alienum a fraude lac appetere, vt eo grande- scant ad salutem et ex pueris iuuenes ac viri adulti euadant, 1 Petr. II, 2. Eph. IV, 13. 14. (4) Deo, Patri suo, animo spontaneo et filiali seruire, diuinamque eius indolem, cuius in regeneratione participes facti sunt, sinceram caritatem, misericordiam, patientiam et humanitatem demonstrando referre, et generatim naturæ, dignitati et præstantiæ diuinæ huius natiuitatis congruenter conuenienterque viuere, Matth. V, 45. Luc. VI, 36. Eph. IV, 32. V, 1. 2. Col. III, 12. 13. Vid. Io. VIII, 39. 44.

§. IX.

Solatium, quod fideles ex regeneratione Quod habent, est, (1) quod per eam facti sint filii nam so- Dei, et Deus triunus eorum factus sit Pater, latium